
DE GIGANTIBUS
ET EORUM
RELIQUIIS











Chassanon

Chassanion

Antwerp
8/10/12

Livre rare voyez
Brunet folio 567
vaut f 60 | vol 1

edon de Paris 1842
en 5 volume

Ant. van Bellinghen

DE GIGANTIBVS, EORVMQVE RELIQVIIS, ATQVE

ijs, quæ ante annos aliquot nostra ætate in Gallia repertę sunt.

Ubi etiam de

ADMIRANDIS PROdigiosisq́ quorundam viribus agitur, qui ad Gigantûm naturam proximè videntur accedere:

Obiter etiam

IOANNIS GOROPII ERROR perstringitur, qui in sua Gigantomachia nulla Gigantûm corpora tanta, quanta dicuntur fuisse, affirmat.

Authore

IOAN. CASSANIONE Monostroliense.

BASILEAE,

M. D. LXXX.

Frederic Verachter

CAPITUM HUIUS opusculi Elenchus.

GENE-

GENEROSISSIMO ET SINGVLARI VIRtute ac pietate ornatissimo viro, CLAVDIO ANTONIO à Vienna, Baroni Copetij, Clereuantij, &c.

IOAN. CASSANIO S.

RECte quidem illi, vir clarissime, qui tantam virtutis speciem & pulchritudinem esse dixerunt, vt non modo notos & familiares, sed vel antea nunquã visos amore sui capiat atque incendat. quod tum maximè vsu venire par est, cùm non fucatæ cuiusdam virtutis imago spectatur, sed cùm suis ipsa coloribus expressa, verisque stemmatis ornata,

cõspicuam se exhibet. Cuiusmodi est illa, quæ cum vera pietate coniungitur: sine qua nullæ omnino actiones quantumlibet in speciem honestæ & laudabiles, veræ laudis commendationem consequi possunt. Hæc verò quum in te plurimũ splendescat, facit, vt tui nominis fama sit & iucundißima & fragrantißima. Cui enim non perspecta planeq́ cognita est tua illa virtus, qua non solùm facultates omnes, verùm & animã ipsam pro Christi Ecclesia profundere non grauaris? Quumq́ morum integritate vitæq́ sanctimonia multis hominum millibus antecellas, nobilißimam quoque habes familiam, quæ præclarũ Christianæ modestiæ & temperantiæ exemplum omnibus præbet. Quæ quum ita sint, raras & egregias istas animi tui dotes suspicio atque exosculor: idq́ potißimùm, quòd quum & opibus generisq́ nobilitate in-

ter claros illustrésque viros non infimũ locum obtineas, (quibus rebus plerique deteriores euadunt) nihilo secius tamen in Christiani hominis officio constantissimè pergis. Eò quum spectarim, hanc qualemcunque lucubratiunculam nomini tuo nuncupare non veritus sum, vt vel meæ erga te obseruantiæ aliquod extet indicium. Qua in re si me quispiam temeritatis aut inscitiæ arguat, quòd rem tantulam tibi offerre non verear: hoc ego ad excusandum me proferam, non semper existimandam esse oblatiunculam ex ipsius precio, quum potius dantis animum intueri oporteat: quem si gratum beneuolúmque esse contigerit, ei haud dubiè non minima habenda est gratia. Qua de causa quoque te meum istud quantumuis tenue atque exiguum munusculum haud aspernaturum esse con-

fido. Nec minimi prorſus momenti eſt, quod de tam magnis ac quàm maximis viris, maximis, inquam, corporum viribus ac mole narratur. De quibus tametſi multa apud hiſtoricos reperiantur, nullus tamen ex tanto ſcriptorum numero adhuc inuentus eſt, qui iſtiuſmodi hiſtoriam ex profeſſo contexuerit. Extat quidem inter Philonis Iudæi opuſcula libellus quidam de Gigantibus inſcriptus: ſed qui præter titulum nihil de Gigantibus prorſus habeat. Erit ergo hæc rerum licèt veterum veluti noua quædam narratio, quam nec omnino infructuoſam nec iniucundam candido lectori fore arbitror. Quidquid ſit, ab eo certè proficiſcitur, qui tui quàm obſeruantiſſimus fauſta tibi ſemper omnia in Chriſto Domino exoptat. Perge tu interea, vt ſoles, vir ornatiſſime & præſtantiſſi-

ſtantiſsime, tuis illis eximijs virtutibus, quibus præditus es, veram pietatem conſectari: vt dum plerique mortales hoc in ſæculo omnium corruptiſsimo hanc ipſam procul à ſuis liminibus arcere conantur, tu contrà eam indies magis ac magis amplexari, fouere atq; pro virili propagare ſtudeas.

Baſileæ.

IOAN. IACOBVS BOISSARdus Vesuntinus ad lectorem.

LECTOR, in hoc auctor non illa volumine narrat,
Fabula quæ vano carmine prisca notat.
Non hic centimanos disces, non corpora quorum
Fama est Phlægræis esse cremata rogis.
Nec vastis Siculam sudasse Gigantibus Aethnam,
Fulminaq; irato confabricasse Ioui.
Non quas ore ferunt vomuisse Typhoea flāmas,
Nec motam Enceladi robore Trinacriam.
Illa alij doceant: quæ isto sunt tradita libro,
Nil ficti, atq; leuis futilitatis habent.
Prodigiosa quidem, sed quæ sunt vera videbis,
Comperta atq; bona quæ ratione citat.
Non minimum peccant, crassa ignorantia quorum
Admittenda, oculis non nisi visa, putat.
Nec minor error in his, q audēt cōmittere scripto
Plurima, apud multos non habitura fidem.
In quibus, vt rectum possis discernere, doctum
Hoc tibi præstabit Cassanionis opus.

Sonnet.

DES terre-nez Geans la fabuleuse race
Que l'ire de Iupin foudroya de ses cieux,
Bruit entre nous assez, & leurs faits monstrueux
A maints doctes escrits a donné lustre & grace.

Mais nous ne voyons point, que quelqu'autre nous trace
D'vn penible pinceau l'estre prodigieux
De ceux la que nature a faict voir à nos yeux,
Non comme les premiers faits d'vne feinte masse.

L'œuure est trop onereux: puis vn subiet si grãd
Qui solide auec nous mesme origine prend,
Te vouloit, Chassanion, pour son auteur elire.

Car comme sa grandeur est non cõmune, ainsi
Vn non commun esprit il luy failloit aussi,
Pour ainsi que tu fais, doctement la decrire.

Le Ieune P. Ioly Messin.



DE GIGANTIBVS EORVMQVE RELIQVIIS ATque ijs quæ ante annos aliquot nostra ætate in Gallia repertę sunt:

Vbi etiam de admirandis prodigiosisque quorundam viribus agitur, qui ad Gigantum naturam proximè accedere videntur.

Authore
IOAN. CASSANIONE
Monostroliense.

Quòd Gigantes ante diluuium fuerint: vbi de ipsius nominis notatione deq; eorum origine agitur. CAP. I.



EA est quorundã hominum innata stoliditas & pertinacia, vt nõ nisi quæ ante pedes modò sunt, eorumq́; oculis obuersantur, vel vulgò iactantur, lippis (vt dici solet) & tonsoribus nota, ea tã-

tùm

tùm reuera eſſe credant: quibus ſi quid de occultis naturę viribus de inauditis exterarum gentium moribus, deq; admirãdis quibuſdam priſcorum operibus fortè narratur, ſomnia & fabulas eſſe ſuſpicantur, quales Homerus de Centauris & hydra prodidit. Nã quæ de latitudine & ambitu męniorum Babylonis, de Ægyptijs pyramidibus, ex ſeptem orbis miraculis, déque immanibus illis columnis, quas obeliſcos appellant, narrari ſolent, conficta eſſe nonnulli exiſtimant, quũ tamen & multis literarum monumentis, & rebus quibuſdam adhuc extãtibus ipſa veritas abunde ſit conteſtata. Nam & Babylone, quæ nunc Bagadat appellatur, ſuperſunt adhuc non obſcura quędam vetuſti illius muri veſtigia. In Ægypto quoq; viſuntur hodie an-

tiquæ illæ ſuſpiciendæq́ pyra-
mides. Et Romæ cernere licet
duos ingentes obeliſcos, quorum
vnus in duas aut plures partes
ruptus in via conſpicitur. alter
perſtat in angulo erectus, ad fa-
num quod in Vaticano ſitum eſt.
Vnde conſtat, non omnia quæ
à priſcis accepta hominum fidem
ſuperare videntur, protinus ex-
plodenda eſſe. Cuiuſmodi ſunt il-
la, quæ de Gigantibus conſtanti
fama multorumq́ ſermone ha-
ctenus celebrata ſunt. Tametſi e-
nim incredibile videri poteſt, ho-
mines quondã extitiſſe tam ſub-
limis ac excelſæ ſtaturæ, quanta
nuſquam hodie appareat, fuiſſe
tamē nemini dubium eſſe debet,
de quibus tota antiquitas tam
multa teſtata eſt. Ac quamuis *libr. 9.*
Cyrillus Græcorum poetas rectè *cont. Iul.*
in eo improbet, quòd tantis viri-
bus

bus prędítos fuiſſe Gigantes aiũt vt & inſulas ex medio mari rape-rent atq; in cælum proijcerẽt, ve-riſsimum tamen iſtud eſt, quod i-pſe continuò diffitetur, altiorem ſcilicet Gigantum, quàm aliorũ hominum menſuram fuiſſe. Id quũ in tranſcurſu atq; obiter at-tigerit vir ille grauioribus rebus diſtrictus, non mirum eſt, hoc ita ei excidiſſe. Vnde autem vene-rit in mentem Ioanni Goropio vulgatam tot ſeculis Giganteo-rum corporum magnitudinem tam audacter pernegare, penitus ignoro. Hoc molitur in ſua Gigã tomachia, quam aliquot antè an-nis edidit. In qua cum pura reli-gione (à qua eũ defeciſſe audio) omnem veritatem extinguere co natur, vt verè videatur ipſe omni modo γιγαντομαχεῖν. Contra quem pugnare tametſi periculoſiſsimũ

videatur

videatur, quippe qui Gigãtes omnes funditus se deleuisse putat, ac tanquam Iupiter quidam alterum se Herculē cocasse somniat, sola tamen simplex eorum, quæ hic exponentur, narratio, ad tantum bellatorem subigendum sufficiet: vt firmioribus argumentis minimè opus sit, quibus insolitæ altitudinis quosdam præ reliquis fuisse probetur. Qua de re ne quis ambigat, proferenda sunt nobis ex sacris literis testimonia, quæ rem ipsam planè confirmēt. Ac primùm Moses cùm de corrupto deprauatoque ante diluuium orbe mentionem facit, narrat tunc tēporis fuisse Gigantes, omnésque à seculo & nominis celebritate excelluisse. de quorum proceritate licet nullum ibi sermonē habeat, ex ijs tamen quęde eo-

dem hominum genere alibi ipſe refert, perſpicuum fit, hoſce homines aliȷs multò maiores ac robuſtiores fuiſſe, adeo vt conſpicientibus metum ac terrorem incuterent. Atque inde ducta videtur nominis apud Hebræos etymologia, quòd ſuo Gigantes aſpectu alios proſternerent. nam נפלים à cadendo deductum eſt. Quanquam ſunt, qui aliunde verbi notationem deriuen:t חאמים etiam & רפאים appellatos fuiſſe cōſtat, quòd videntibus terrori eſſent. Ridiculum autem eſt, quod hic de ſuo comminiſcitur Goropius. Poſtquam enim quorundam Rabinorum ſuper hac re ſententias recenſuit, ſuam etiam profert, qua quod in aliȷs Gigantes efficere plerique interpretantur, hoc in ipſis Gigātibus fieri contēdit

dit: egregiam ſcilicet nactus alle-
goriam, cadentes eos reuera in-
quiens, propterea quòd à mente
& ſpiritu ad terram & ſanguinē
(vt ipſe loquitur) prolapſi fue-
rint. Secus æſtimare licet ex ver-
bis eorum, qui ad Gigantum a-
ſpectum animis ſe concidiſſe te-
ſtantur, Numer. XIII. Græci
Gigantes dici volunt ἀπὸ τοῦ γάιειν,
quod eſt magnis diuaricatiſque
paſsibus incedere, vel ἀπὸ τοῦ γίγνεσθαι
ἐκ τῆς γῆς, quod eſt è terra naſci,
iuxta Poetarum figmēta. Ex qui-
bus omnibus palam fit, proceræ
admodum ſtaturæ homines vel
ipſo nomine ſignificari. Quęnam
verò fuerit illorum origo, nō tra-
dit Moſes, tantùm enim agit, Gi
gātes fuiſſe in terra in diebus iſtis.
Continuò tamen ſubijcit, à filijs
Dei & filiabus hominum etiam

progenitos fuiſſe Gigantes: haud obſcurè innuens, tale hominum genus iam antea extitiſſe. Verùm qui fuerint filij Dei, non intellexerunt omnes: Atque inde grauiter poſt Ioſephum hallucinati ſunt Lactantius & Euſebius, quòd putarint Angelos quoſdam cum mulieribus concubuiſſe, ex quib. non alij, quàm dæmones, naſcerentur. Quem errorem eleganter refellit Chryſoſtomus inquiens, filios Dei dici, qui à Setho originem traxerant. Qui (vt ſentit etiam Auguſtinus) quum in legitimo Dei cultu antea permanſiſſent, eóſque Deus adoptionis beneficio pro filijs ſuis agnoſceret, carnis tandem illecebris allecti, filias eorum qui iam à vera pietate deſciuerant, in matrimonium duxerunt. vnde quum monſtroſi ho-

ſi homines immanibus corporib. incredibiliq́ꝫ ac ſtupendo robore nati ſint, quàm minimè accepta ſibi fuerint huiuſmodi coniugia, teſtatum voluit Dominus. Talē procreationem innuere videntur Orpheus & Heſiodus, cùm Gigantes cæli terræq́ꝫ filios eſſe tradunt. Nam & Orpheum, quem Hebræos quoſdam ſacerdotes ſub Iudicibus audiſſe fama eſt, ſic ceciniſſe ferunt:

οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσι,
οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο.

Qui verſus ſic reddi poſſunt:

Nomine cæleſtes illos dixere Gigantes,
Orti quòd terra fuerint & ſanguine cæli.

Potentes enim magniq́ꝫ nominis

viri fuisse memorantur, non qui
vel aliquo ingenij acumine, aut
sapientia, vitæ've integritate &
sanctimonia excellerent: sed qui
viribus corporis & fortitudine
reliquos mortales longè præce-
derent. qua ex re cùm altos spiri-
tus induissent, immodicámque sũ-
psissent arrogãtiam, haud dubiũ
est, quin alios quos despectui ha-
beant, rapinis, latrocinijs cædi-
búsque infestarint, passimq́ue vio-
lenter & tyrannicè pro libidine
grassati sint. Id subindicat Mo-
ses, cũ paulo pòst subijcit, corru-
ptam fuisse terram, eámque iniqui-
tate repletam. Quibus verbis
intelligit, tantos ea tempestate
fuisse morũ corruptelas, vt omne
vitiositatis nequitiæq́ue genus v-
bique regnaret. Quum autem ex
robore & potentia qua isti polle-
bant,

bant, nominis celebritatem adepti ſint, in eo animaduertere licet, qualis fuerit prima mundi nobilitas vulgò æſtimata, non quæ pietatis, iuſtitiæ aliúſve cuiuſdam virtutis ſpecie & pulchritudine illuſtris appareret, ſed quæ ſolius potentiæ fortitudinisq́ titulo ſeſe venditabat. Nam qui tum cæteris valentiores robuſtioreſque erant, ij vim alij audacter inferentes, nobiliores præſtantioréſque cenſebãtur. Vnde fortaſsis iſtud inualuit, vt gentilitia quorundam inſignia non niſi crudelium beluarum rapaciúmq́ ferarum & volucrium habeant imaginem.

Gigantes poſt diluuium etiam Abraham tempore. Cap, II.

HOS quantũlibet vaſtos, horrida illa diluuij tempeſtas cũ

cæteris animantibus penitus obruit atq; deleuit. Nec tamen postea istud hominum genus desiit. Extitit enim non multo tempore pòst ex infausta Cham prosapia magnus ille Nimrod: cuius potentia quum celebris admodum fuerit, argumento est, præcipuam ipsum in ædificanda ciuitate illa & turri Babel operam impẽdisse. nam & in Babel fuit regni eius initium. Nec dubium, quin graue imperium atq; adeo tyrannidem istiusmodi homines in alios exercuerint. Ea enim est hominum ad malum propensio, vt quo magis viribus ac potentia cæteris antecellunt, eo magis se supra eos extollentes deprimere & conculcare nitantur. Sequuti sunt postea innumeri alij Gigãtes, ex quibus ij fuerunt, quos Chodorlaomor

Gen. 18.

rex

rex Elam, tréſq; alij qui cum eo e- Gen. 14.
rant reges, profligarunt: eo nimi-
rum tempore, quo etiam ab ipſis
quatuor, quinque alij reges Se-
doim videlicet, Amorah, Ada-
mah, Seboim & Bela cæſi ſunt.
Victores iſtos quum Abraham
exiguis admodum copijs, vtpote
ſeruorum octodecim tantùm &
trecentorum poſtmodum fude-
rit, quàm mira & inſignis fuerit
hæc victoria, nemo non videt.
Eodem ſpectat, quod alibi Mo- Deut. 2.
ſes commemorat, populum ma-
gnum & excelſum, ſicut Anacim,
habitaſſe quondã in terra Moab
& Ammon terra Gigantum: qui-
bus expulſis, profligatis ac omni-
no deletis vacuas ſedes filijs Lot
cõceſsit Dominus. De Emorais,
tantæ proceritatis gentem fuiſſe,
compertum eſt, vt eam cum ce-

dris comparare Amos non dubitarit. Quod licet dictum videri possit καθ' ὑπερβολὴν, non temere tamen ita loquutum fuisse Prophetam certissimum est.

Gigantes tempore Mosis. Cap. III.

QVANTVS fuerit Og rex Basan, qui contra Israelem arma ferens, ei cum valida manu in itinere occurrit, ex eius lecto coniicere licet: qui quum ferreus esset, nouem cubitorum longitudinem habuit. Quam coniecturam vt eleuet noster γιγαντόμαχος, aliam ex hodiernorum lectorum structura inducit: vt verisimile efficiat, huius regis staturam septē ferme cubitorum fuisse. In quo non parùm hallucinatur, cùm lectos quales hodie extruuntur, duobus pedibus lōgiores fieri affirmat,

mat, quàm ſit iuſta ac communis hominũ magnitudo. Iſtud enim ſi verum eſt, relinquetur hominibus etiam procerioribus quatuor tantùm pedum magnitudo: quãdoquidem non alia lectis longitudo tribuitur, quàm ſex pedum, quos regios appellant. hoc reſpõdebit quiuis faber lignarius, ſi de eo rogetur, niſi fortè aliter in Gallia, aliter in Flãdria, quæ iſtius eſt (vt opinor) patria, conficiuntur lecti, ad quam nos hic homo ſtaturam ſua coniectura redigit? Sed detur, quod ipſe pro confeſſo ſumit: an protinus ſequitur, ſi duobus pedibus hominum altitudinem noſtrorum lectorum longitudo ſuperat, Ogi regis lectum duobus etiam cubitis eius magnitudinem excedere? Iam verò quæ tanta eſſe potuerũt ceruicalia aut

culcitra, (vt ipſe fingit) quibus à ſummo illius capite, aut imis pedibus duorum cubitorum ſpatium fuerit opus? Concedamus autem, quod ipſe vult, nempe illius magnitudinem ferè ſeptẽ cubitos habuiſſe: an non inſolita eſt atque mira hæc hominis proceritas? an non Gigãtea huiuſcemodi magnitudo cenſebitur? Eam ob cauſam Moſes Sacrę hiſtoriæ ſcriptor, Ogum regem dicit ex reliquis Gigantibus ſolum remanſiſſe: cuius altitudinẽ vt oſtendat ingentem ac mirabilem fuiſſe, mirabili longitudine lectum eius producit inquiens, Ecce lectus eius, lectus ferreus: no'nne eſt in Rabbath filiorum Ammon? nouem cubitorũ longitudo eius, & quatuor cubitorum latitudo eius, ad cubitum hominis. Quæ ideo cõmemo-

memorantur, vt magis appareat, quantùm ſuis Dominus adfue-rit, cuius virtute tantus hoſtis ab ipſis cæſus eſt. Cæterùm tantæ molis homines ijſdem tempori-bus in regione Chanaan viſi ſunt, vt formidabiles omnibus eſſent, omnéſque aſpectu ſuo terrerent ac propemodum exanimarent. Cuius rei indicium eſt, quòd ab exploratoribus Iſraeliticis in cæ-tu relatum fuiſſe legimus: viros ſe didiſſe in terra Chanaan procera *Num. 13.* ſtatura: Gigantes etiam ac filios Anacim ex ſtirpe Gigantum: præ magnitudine quorum ſibi vide-rentur ipſi tantùm eſſe locuſtæ. Qua ratione populum à ſpe ter-ræ promiſſæ auertere iſti (excepto Chaleb & Iehoſua) conati ſunt. Sed valuit firma ac conſtans Dei promiſsio, qua effectũ eſt, vt cæ-

ſis, fuſis, regionis vniuerſę incolis; per manum Iehoſuę ex montibus Hebrõ, Dabir, Anab, ac ex omni mõte Iehuda & Iſrael expulſi, exterminatiq́; fuerint omnes Anacim: ijs exceptis, quos Aſdod & Gath relictos habuerũt. Quid hic Goropius dicet? Etiamne ad hæc quicquã reſpondere, aut omnino hiſcere audebit, quum audiat, nõ vnum aut alterum, ſed quam plurimos Chananæos Gigantum filios excelſæ admodũ ac ſtupendę fuiſſe staturę? Hæc quum inficiari nõ poſsit, infirmare tamẽ quodammodo conatur, cùm affirmat, tales homines, talia tum fuiſſe mõſtra; qualia noſtris temporibus aliquando conſpiciuntur. At magnum eſt diſcrimen inter illos omnes, quos ipſe monſtra appellat, & quæ vulgò monſtra vocitantur.

cantur. Illi enim nec rari fuere vt monſtra eſſe ſolent, nec vno tantùm ſeculo aut altero viſi ſunt: ſed ferè ab initio mundi ad Dauidis vſque tempora propagatum id genus hominum extitit, magnitudine prorſus admiranda: hæc verò quàm rariſsimè, ex nulla parentum traduce, multò vetuſtis illis minora viſuntur.

Gigantes ætate Dauidis. *Cap. IV.*

MEmoratur Goliath Philiſthæus, oriũdus ex oppido Gath, corporis ſui magnitudine atq; robore adeo fuiſſe fretus, vt ꝓcedens in aciẽ quẽuis ex Iſraelitis ad pugnã prouocare auſus ſit. Eius enim altitudo fuit ſex cubitorũ cũ palmo. Loricã habuit quinque milia ſiclorum æris pendentẽ

lanceam verò instar iugi textorij, cuius ferrum sexcentorum fuit siclorum. Hic quum Israelitico exercitui audacter insultaret, omnibusque esset formidabilis: vno tamen lapide ab Dauide adolescentulo in fronte percussus interijt.
2.Sam.21. Regnante etiãnum Dauide, quũ Israelitæ aduersus Philisthęos bellum gererent, alter fuisse narratur Goliath Gethæus, trésque alij Gigantes procerę staturæ: quos nihilominus quantumlibet fortes atque audaces Dauidis milites in prælio obtruncarunt. vni ex his cuiusque manus, cuiusq; pedis digiti seni fuisse feruntur. Vir insuper quidam Ægyptius statura cubitorum quinq; fuisse dicitur, quẽ
1.Para.11 vnus ex Dauidis militibus Banaias nomine, vir fortissimus interemit. Porrò tam vulgatum

fuit

fuit in populo Dei, quod de Gigantibus traditur, vt etiam Prophetæ cùm fideles de inuicta Dei potentia & fortitudine bene sperare iubent, Giganti Deum comparent.

Gigantei generis homines apud varias gentes Xerxe, Alexandro, Augusto alijsq́ nonnullis principibus, Cap. XV.

DE Gallo quodã ea refert Liuius, quæ nõ multùm ab ijs quæ de Goliath enarrata sunt, differre videntur. Virum enim ait *Lib. 7. dec. 1.* eximia corporis magnitudine in vacuũ pontem processisse, cùm Galli trans pontem Anienis castra haberent. Qui quantum maxima voce potuit, quem nunc, inquit, Roma fortissimum virũ habet, procedat agedũ ad pugnam,

vt noſter duorum euentus oſten dat, vtra gens bello ſit melior. Hunc veluti molem supernè im-minentem, exultantem, verſico-lori veſte, pictiſque & auro cela-tis refulgentem armis iuuenis Romanus media ſtatura, modi-caque in armis ſpecie, quum in certamine excepiſſet, ipſum pri-mo congreſſu percuſsit atq; pro-ſtrauit. Xerxis ętate viri fuit inter Perſas proceriſsimus Artachces, vt cui (quemadmodum affirmat Herodotus) quatuor omnino di giti deeſſent à longitudine quin-que regiorũ cubitorum. Regius autem cubitus is eſſe dicitur, qui tribus digitis vſitato maior eſt. In India rex Porus quatuor cubitis & palmo proçerus fuiſſe perhibe tur: quem (vt tradit Rauiſius) Alexander Magnus bello vicit.

Impe-

Imperãte Augusto, Pusionem & Secundillam denos pedes & amplius pceritatis habuisse author est Plinius: quorum reliquiæ in conditorio Salustinianorum hortorum ætate sua asseruabantur. Sub Claudio, procerissimum hominem Cabarram nomine ex Arabia aduectum fuisse idem testatur, nouem pedibus, totidémque vnciis, hoc est pollicibus altum. Et Tiberio ab Artabano rege Babylonis missum virum commemorat Iosephus, genere Iudæum Eleazarum nomine, statura cubitorum quinque qui propter corporis vastitatem Gigas cognominatus est. Theodosij verò tempore, hominem in Syria extitisse ait Nicephorus, qui in longitudinem cubitorum quinque & vnius palmi excreuerat, cuius pedes intror

lib. 12. Eccles. hist. cap. 37.

ſum vari & intorti, reliquæ corporis magnitudini proportione non reſpōderent. Talem ſe quoque ætate ſua vidiſſe idem teſtatur, vt propter inſolitam corporis magnitudinem pro monſtro haberetur: quem breuis admodū ſtatura mulier in lucem protulerat. Sanè Auguſtinus viſa quædam ætate ſua hominum corpora teſtatur, quæ cōmunem ac ſolitam mēſuram exuperarent. Ante paucos annos quàm à Gothis Italia bello vaſtaretur, conſpectā Romæ fęminam fuiſſe memorat, quæ veluti giganteo corpore exiſtens, cęterorum omnium, atque etiam vtriuſque parentis ſtaturā longè excederet. Qua in re admiratione dignum illud eſt, quòd neuter parens tam procerę ſtaturæ viſus eſt, quàm lōgiſsimi quique

De ciu. d. lib. 15. cap. 23. et li. quæſt. ſuper Ge.

que

que tum videri ſolebant. Ad eam igitur viſendam multitudinis infinitæ concurſum factum. Gunthranno Francorum regi oblatum fuiſſe virum ex Aimone accepimus, tanta corporis altitudine, vt aliorum menſuram tribus pedibus ſuperaret. Fuit ex Helſyngia Harthenus quidam, qui (vt ſcripſit Saxo Grammaticus) raptas regum filias ſtupro fœdare gloriæ loco ducebat: illum perimere ſoli ius à quo tali prohiberetur flagitio. Tantam in iſto corporis magnitudinem extitiſſe idem ait, vt nouem cubitos proceritatis eius dimenſio impleret.

Gigantei generis homines noſtræ ætatis, Cap. VI.

SED neque noſtra hæc ætas ſuis Gigãtibus caruit. habuit

enim ager Burdegalensis, qui in Aquitania est, mira corporis magnitudine hominem, quem eam ob causam Burdegalensem Gigantem cognominarunt. Ibi rex Frãciscus huius nominis primus quum fortè ageret, visam illius corporis molem admiratus, hominem à numero custodum suorum esse iussit. At iste quum obscuro ac rustico loco natus, semper ruri habitasset: aulicam vitam fastidiens, paucos post dies ex aula tanquam ex vinculis euolauit. hunc se tum inibi vidisse testis est vir quidã probus ac fide dignus: tantam, inquiens, hominis altitudinem fuisse, vt inter eius crura quilibet recto corpore trãsire potuisset. Insolitæ etiamnum proceritatis homo visus est Lutetiæ, anno M. D. LXXI. ad quem spe-
ctandum

ctãdum in numera plebis multitudo confluxit. Hic quum ſe in hoſpitio contineret, neminem ad conſpiciendum ſe niſi pretio admittebat. Intromiſsi aſsidentem in hemyciclo Gigantem magno cum ſtupore contuebantur: magisq́ ſtupebant, cum è ſella ſurgẽtem ipſum cernerent. Tum enim erectus aulæ laquear vertice attingebat. Polonum aut Tranſſyluanum eum eſſe dictitabant. Tam vaſti corporis homo, vxorem habebat corpore quidem prælargo ac craſſo, ſed breui ſtatura: ex qua nihilominus filiolum ſuſceperat, Gigantis futuri ſpeciem præ ſe ferentem. Etiam in illis regionibus, quæ centeſimo ab hinc anno, aut circiter, (nunquã antea viſæ nec cognitæ) repertæ ſunt, multos Gigãteos homines Gen. 18.

videri produnt Hiſtorici omnes recentiores. Ex quib. qui Antarctico propinqui ſunt, decem & duodecim pedum altitudinem habere feruntur. In ea quoq; quæ à veteribus Taprobana inſula dicta eſt, proceri admodum eſſe homines memorantur. His igitur annumerare licet, de quibus Diodorus Siculus mentionem facit inquiens, Vltra maritimam Æthiopiã inſulas in Oceano meridiem verſus repertas eſſe, quarũ incolæ magnitudine alios homines quatuor cubitis excedunt. Sed de his hactenus. Nunc quæ ad Giganteas vires pertinere videntur, proferenda ſunt.

Gigantei robori viri. Cap. VII.

ADmirandæ prorſus in eo vires fuere, qui catulum leonis

rugientem, sibiq́ꝫ occurrentẽ, nõ secus ac hædum discerpsit: qui triginta viros semel, postea mille, nullis aliȷs armis, quàm asini maxilla munitus percussit, qui'que portæ vrbis fores cum duobus postibus & vecte arreptas, humerisque impositas in montem transtulit: quem nulli funes, nulla vincula constrictum tenere poterant: qui deniqꝫ medias templi complexus columnas, quibus tota domus nitebatur, ita subtraxit, vt his summotis atqꝫ diuulsis tectum cum ingenti hominũ ruina qui ei insederant, conciderit. Hic ille est Samso, quem Dominus Israelitis liberatorem aduersus Philisthæos suscitauit. Cuius tam ingens robur nullis viribus humanis adscribi debet, sed Dei spiritui accepto ferendum est. De

Giganteis autem viribus nō abs re tam multa apud poetas reperiuntur. Quæ tametsi magna ex parte fabulosa sint: veri tamen nonnihil fabulis locum dedisse certum est. Monticolas fortissimosq́ꝫ fuisse Gigātes cecinit Homerus: longissimosq́ue Otum & Ephialtem fratres descripsit, longitudine nimirum nouem vlnarum, latitudine cubitorum nouē: quos quum montibus mōtes imponere (vt ipse fingit) conarentur, Iupiter malè perdidit. Hoc Virgilius hisce versibus ita complexus est:

—conati imponere Pelion Ossæ,
Scilicet atqꝫ Ossæ frondosum inuoluere Olympum.
Ter pater extructos deiecit fulmine montes.

Quæ

Quæ ſanè nunquam poeta effudiſſet, niſi quid ſimile accidiſſe quondam intellexiſſet. Ac veriſimile eſt, quod de molitione illa ingenti Babylonicæ turris (cuius ſuprà mentionem fecimus) fortè audierat, id in ſuam poeſim diſsimulata veritate hoc modo tranſtuliſſe. Vnde etiam tritum illud prouerbium natum eſſe haud dubium eſt, quod de Gigantum bello cum dijs paſsim celebratur. Tantum inſuper Tydidi & Aiaci robur idem tribuit, vt alterum Hectoris ſcutum lapidis molaris ictu fregiſſe dicat: alterum in Æneam ſaxum proieciſſe, quod nõ duo viri quales ſuæ ætatis erant, ſuſtuliſſent. Quod etiam imitatus ille ſic eleganter expreſsit:

-ſaxum

-saxum circumspicit ingens:
Saxum antiquum, ingens, campo qui forte iacebat
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.
Vix illud lecti bis sex ceruice subirent,
Qualia nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum trepida torquebat in hostem
Altior insurgens, & cursu concitus heros.

Istud pro verisimili, ac quod aliquando contingere potuit, assumit Augustinus de Ciu. Dei libr. xv. cap. ix. Hinc non longe abscedere videtur, quod de Milone Crotoniata peruulgatum est. Is enim Olympiæ per stadium ingressus, humeris sustinuisse bouẽ dicitur:

dicitur: nudæq́ manus ictu taurum fecisse victimam. Hunc integrum qua mactauerat die, solus (vt scripsit Solinus) absumpsit, nec grauatim. Tantũ corporis robur ipsi tandem exitio fuisse dicitur. Nam quòd ætate iam ingrauescente (vt author est Gellius) ab athletica desiisset, iterq́ solus fortè faceret per quædam Italiæ loca syluestria: in quercu quid adhuc viribus præstare posset experiri volens, ipsam arborem per medium hiantem magna vi magnoq́ conatu discidit diuulsitq́. Sed quòd incautus atque imprudens quasi opere perfecto manus remisisset: tum quercus diducta in pristinum statum subitò rediens, manus intercepit retinuitq́ atq́ ita hominem feris lacerandũ præbuit. Ex Varrone in relatio-

tione prodigiosæ fortitudinis refert Plinius, Tritani gladiatoris cuiusdam filium, Cn. Pompeij militem tantis fuisse viribus, vt prouocatum hostem inermi dextra vicerit, correptúmque vno digito in castra imperatoris sui detulerit. Fuisse quoque quendam ait, in prætorio Augusti centurionem, qui vehicula cum culeis onusta donec exinanirentur, sustineret: carpentáque apprehensa vna manu retineret, obnixus contra nitentibus iumentis. Alium etiam, qui mulum suum tolleret. Alium, qui duo centenaria pōdera pedibus, totidē manibus, & ducenaria duo humeris ferebat. Athanatum quendam nomine vidisse se idē testatur, quingenario chorace plumbeo indutum, cothurnisq; quingentorum
pondo

pondo calciatum per ſcenam ingredi.

De Maximino, Firmo, aliiſq; nonnullis robuſtiſsimis. Cap. VIII.

QVid de ſeniore Maximino Imperatore ſcriptũ reliquerit Iulius Capitolinus, prętereundũ non eſt. Eius magnitudinẽ inquit, Seuerus Imp. miratus, ipſũ cũ lixis primùm cõpoſuit, ſed fortiſsimis: quorũ tamen ſedecim vno ſudore ille deuicit, ſedecim acceptis prę̄mijs munuſculis. Volẽs deinde Seuerus explorare quãtus in currendo eſſet, equum admiſit multis circuitionib. Quumq; imperator laboraret, neq; ille accurrendo deſiiſſet, ait illi, nũquid dedelectat luctari poſt curſum? Ille more ſolito ſeptem fortiſsimos vno ſudore vicit: ſolúſq; omniũ à Seuero poſt argentea pręmia

torque aureo donatus eſt: iuſſusq́ꝫ inter ſtipatores corporis ſui in aula cõſiſtere. Bibiſſe ſæpe in die vini capitolinam amphoram conſtat: comediſſe & quadraginta libras carnis: vt autem Cordus dicit, etiam ſexaginta. Sudores ſępe ſuos excipiens in calices vel in vaſculum mittebat, ita vt duos, vel tres ſextarios ſui ſudoris oſtenderet. Diu ſub Antonino Caracalla ordines duxit centuriatos. Sub Macrino à militia deſiit. Occiſo Macrino, ad Heliogabalum venit: quem vbi ille vidit infamem principem, à militia diſceſsit. Et tamen retentus eſt per amicos Heliogabali, ne hoc quoque illius famæ accederet, quod virum tẽmporis ſui fortiſsimum, & quem alij Herculem, alij Achillem, alij Aiacem vocabant, à ſuo

exercitu

exercitu dimoueret. Exercebat cũ militibus luctamina, quinos, ſeptenos iam grandæuus ad terram proſternens. Erat pollice ita vaſto, vt vxoris dextrocherio vteret pro anulo. Ἁμάξας manibus attrahebat. Rhedam onuſtam ſolus mouebat. Equo ſi pugnũ dediſſet, dentes ſoluebat: ſi calcem, crura frangebat. Lapides tophirios friabat: arbores teneriores ſcindebat. Hunc Alexander Imperator quũ omni exercitui præfeciſſet, ab eo tamẽ poſtea in Gallia interemptus eſt. Demum quũ eius ſæuitia diutius in imperio tolerari non poſſet, occiſus eſt vna cum filio in tentorio quieſcens. Miſsis Romam capitibus, calceamentum eius inter Aquileiam & Arziam poſitum eſt: quod cõſtat pede maius fuiſſe hominis

vestigio atque mensura. Hinc illud est adagium, quod de Maximi caliga circunfertur, vulgò dictitatum in homines insulsos & immodicæ proceritatis. Fuit hic magnitudine pedũ octo & prope semis. Non multo tẽpore pòst Firmus quidã nomine statura fuit ingenti, prominentibus oculis, villoso atque hispido corpore: quem ideo pleriq; (vt scripsit Vopiscus) Cyclopem vocitabant. Tanti roboris fuisse fertur, vt triarium vinceret. Nam & incudem pectori superpositam (quod mirum est) constanter aliis tundentibus pertulit, quum ipse resupinus & curuatus in manus penderet potius, quàm iaceret. Struthionẽ vno die comedisse, situlásque duas mero plenas aliquando exhausisse dicitur: quũ à quodam

dam potatore ad bibendum pro-
uocatus fuisset. Fuit hic Ægy-
ptius latro, qui imperium aduer-
sus Aurelianũ sibi arrogauit: sed
ab eo demum ipse superatus est.
Vtilior fuit ex Sclauinis ille, cu-
ius opera Romani cuiusdam pro-
ditio Iustiniano Imperatore pate-
facta est. Hic corporis magnitu- Procop. li. 2. de bello Gott.
dine multis præstans ac robore,
uirq; acerrimus, ex hostib. aliquẽ
cõprehensum ad Belisarium, Au-
ximum in agro Piceno obsiden-
tem, vt abduceret, mittitur. Ille
moxabiens antelucano tempore
eum in locum euadit, in quo pro
pabulo secãdo quotidie certaba-
tur: ibiq; humi prostratus, rubo-
que & senticetis intectus delituit.
Tum simul ac dies illuxit, vir Go-
thus quidam eodem adueniens
herbas mox legere, cùm derepẽ-

te Sclauinus exortus barbarum à tergo inuadit, complexusq; medium & simul elatum Romanorum in castra mox intulit. Captiuus vt se res habebat percõtatus exponit, eiúsque testimonio reus proditionis conuincitur. In septentrionalibus terris tantæ magnitudinis saxa veterum bustis ac specubus affixa conspici testatur Olaus magnus Gothus, vt nõ nisi Gigantum opera atq; vi extructa fuisse appareãt. Obeliscos præterea seu sublimia saxa apud Ostrogothos & Vestrogòthos in biuijs, seu triuijs, non aliter quàm viribus Gigantum ac pugilum erecta esse: quæ operis mole spectantium animos in admirationem sui rapiant. Regiones insuper extremas septentrionis adeo euidentia Gigantum monimenta

inſpectoribus vbique exhibere, vt fidem faciant, tam ſublimẽ ſaxorum molem, támquæ immanem collium congeriem, nullo naturæ artificio, ſed mirãdis omnino hominum viribus fuiſſe congeſtam & abſolutam. Viros aliquot recentiore memoria fuiſſe idem cõmemorat, quorũ quiſque ſubleuatum in humeros equum, vel bouem maximum ferreúmq; vas ſexcentarum, octingẽtarum, aut etiam mille librarum ad plura ſtadia portaret. Denique viſum quendam affirmat, qui armatum equitem ſubitò obuium magna vi in terrã proijceret. Alium verò quempiam tam vaſto ac robuſto fuiſſe corpore, vt aurum centum & viginti librarum collo appenſum gereret. Anno ab hinc fermè ducenteſimo aut plus extitit qui-

dam (authore Frossardo) nomine Ernauto Burgus Hispanus cognominatus, homo procerus, corporis viribus ita firmis, vt neminem in pugna percuteret, quẽ non humi prosterneret. Parem robore in tota Vasconia videre nõ contigit. Qua de causa quoque Foxẽsis comes eum sibi veluti socium asciuerat. Hic festo die quo Christi natale celebratur, quum à prandio Comes in porticũ quandam conscendisset (gradibus autem quatuor & viginti eò ascendebatur) exiguusq; pro tempore quo cuncta tum frigore rigebãt, ignis in foco qui in ea erat, conspiceretur: videns per fenestram multos in chorte asinos crasso ligno onustos, ꝓtinus in eam descendit: maximumq; ex his festinãter abreptum, atq; in humeros subla-

ſublatum in porticum portauit, eúmque cum ligno mirantibus cunctis in ignem coniecit. Atque hæc Froſſardus, vir ſanè ob ſummam quam in ſcribendo ſedulitatem ac diligentiam adhibuit, nō minimam in Hiſtoria laudem adeptus. In regno Saguenæo occidentem verſus, ex illis regionibus tranſmarinis iam dudum repertis, de quibus ſuprà mentio facta eſt, tam robuſtiſsimos homines eſſe aiunt, vt quum in eam oram noſtrates aducti fuiſſent, redeuntésque ad naues incolæ humanitatis officio deducerent; ſi quos fortè ex itinere defeſſos videbant, eos in humeros ſublatos facilè deferebant.

De Gigantum reliquijs. Cap. IX.

HActenus de Gigātibus ipſis, & de Giganteis viribus egi-

mus. Iam ſicubi viſæ ſunt Gigantum reliquiæ, attendamus. Quę profecto maiorem nobis delectationem parient, quam quæ vel ex aſinis, vel murib. imperita plebs religionis nomine ſuſpicit, exoſculatur ac colit. Cuiuſmodi pluribus in locis in Gallia in quorũdam templorum euerſione repertæ ſunt. Nam & Viennæ reconditus exigui muris σκελετὸς inuentus eſt, quem antea religioſiſsime aſſeruatum imprudentes venerabãtur. Agedum igitur, referamus ea, de quibus ille ſic cecinit:

Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes:
Grandiaq; effoßis mirabitur oſſa ſepulchris.

lib. 1 Hiſt. Quod contigiſſe quondam Thegeæ cuidam fabro ferrario narrat Herodotus. Qui cum puteum in

chorte

chorte ſua facere vellet, incidit in ſepulchrum ſeptem cubitorum. Quum credere nullo modo poſſet, fuiſſe maiores olim, quàm nũc ſunt homines: nudatum tamẽ vndiquaque mortuum, æquali longitudine atque ſepulchrũ, ipſe menſus eſt. Oreſtem hunc eſſe, apud veteres obtinuit fama. Poſt Xerxis in Aſiam è Græcia reditum, cæſo Mardonij à Græcis exercitu, duce Pauſania, quum mortuorum oſſa carne nudata vnum in locum Platęenſes comportarent, quinque cubitorum viri cuiuſdã Perſæ oſſa inuenta eſſe idem alibi tradit. Sed dubiæ fortaſsis fidei authorem in medium adductum clamitabũt quidam. hominem fabulatorem Gellius appellabit. Quàm verò rectè, ipſi viderint. Sanè multa temere impro-

bari ſolent, quæ demum admittenda eſſe res ipſa oſtendit. Hoc vel ex Solino liquet, qui quum priſcorum molem ex Oreſtis oſſibus Thegeę inuentis teſtatã velit, ſubijcit etiam, Bello Cretico quum elata flumina ſuo impetu terras rupiſſent, poſt diſceſſum fluctuum, inter plurima humi diſſidia, humanum cadauer repertum cubitorum trium atque triginta. Cuius inſpectãdi cupidine Lucium Flacum legatum, Metellum etiam ipſum impẽdiò admodum captos, miraculo quod auditu reſpuerant, oculis potitos. De Macedonia mentionem faciens, apud Flegram ait, ſi quãdo vt accidit, nymbis torrentes excitantur, & aucta aquarum pondera ruptis obicibus valentiùs ſe in campos ruunt, eluuione oſſa etiam

tiam nunc ferunt detegi, quę sunt instar corporis humani, sed modo grandiore: quæ ob enormem magnitudinē monstrosi exortus iactitant extitisse. Hæc Solinus.
Antiquissima Gigantum cadauera deuorata nō esse ait Tertullianus, quorum crates adhuc viuūt. *lib. 2. de Resur.*
Quod fidelissimus antiquitatis testis, exempli causa profert, vt aliquid in mortuorum corporibus ad resurrectionis fidem sanciendam remanere ostendat. Quod dicendi genus etiam si pro authoris more obscurū ac spinosum esse videatur: quis tamen sit verborum sensus facilè est intelligere. Perinde enim est, ac si diceret, Gigantum σκελετοὺς adhuc extare, qui fidem faciant, hominum corpora post mortem non penitus aboleri. Quid crates significet, nemo

igno-

ignorat. Quo nomine μεταφορικῶς vsus est ille, ad significãdam eam ossium cohærentiam, quæ cratis formam quandam habet. Vbi autem visæ illæ sint Gigantum reliquiæ, non meminit: quandoquidem nulla de his mouebatur cõtrouersia: res satis eo tẽpore vulgata, de qua apud plerosque constabat. Si quæ Plinius & Philostratus de Gigãtum cadaueribus literis prodiderunt, quispiam replicet atque euoluat: is profectò reperiet tã valde miranda, vt pro portentis habenda esse censeat. Hic enim visum ait Gigantis cuiusdam cadauer, duodecim cubitorum. alius autem viginti duorum. Alius etiam triginta. Ille verò affirmat, quadraginta sex cubitorum corpus stans repertum esse in Creta, cùm terræ motu mõs

Philost. in suis heroicis.

quidam

quidam diſruptus fuiſſet. Ex Gabinio Romano ſcriptore Strabo refert, in Mauritania apud Tingem Antęi ſepulturam eſſe, cuius corpus cubitorum ſexaginta fuiſſe, author eſt Plutarchus. Ab huius magnitudine non longè diſcrepat, quod in Annalibus pro re certa ſcriptum eſt. ſcilicet in vrbe Roma Pallantis corpus inuẽtum fuiſſe ea altitudine, quæ vrbis muros excederet, Henrico ſecundo Conradi filio imperante. His annumerare non verebor (quanquam reclamet Goropius) quæ Antuerpiæ in ipſa Curia atque in marmoreo Coloſſo ſpectantur. Gigantis enim monumẽta ea eſſe fama eſt celeberrima. Hic Scaldis ripam arcemq́ꝫ in paluſtri loco ſitam tenens, ab omnibus fluuiũ traĳcientibus, aut mer

De ſitu orbis lib. 17.

Fulgo. li. 1 cap. 6

ces aduehentibus, dimidium bonorum quæ haberent, pro vectigali extorquebat. In quo si quid à viatore peccatum esse deprehendisset, bonis omnibus ablatis, ei alteram manum præcidebat. Ipso demum superato, abscissa quoque fuit eius manus, atque in Scaldim proiecta. Vnde loco nomen inditum Hantvverpum, id est manus proiectio. Hinc etiam manuū amputatarum insignia. Sed commentitia esse hæc omnia clamat Goropius, vel ex eo quòd Iulium Cæsarem nonnulli Historiam hanc commemorantes filium cuiusdam regis Arcadiæ esse dicant. Qua in re si vulgus imperitum (vt in multis alijs) errat, non protinus efficitur, falsam esse totam hanc historiam. Quod autem

ex vno dente vndeuiginti cubi-
torum & dimidiati altitudinem
hominis à ſe collectam rem ab-
ſurdam atque incredibilem eſſe
ait, in eo proculdubio fallitur.
Nam & maiorem magnitudi-
nem multorum teſtimonio re-
pertam fuiſſe ex ſuperioribus, at-
que ijs quæ proximè ſubijcien-
tur, liquidò conſtat. Num igitur
poſthabitis tot probatis authori-
bus vni Goropio credēdū nobis
erit? An quæ noſtra etiã ætate rè
ipſa cõperta ſunt, inficiari aude-
bit? Id enim perinde eſſet, ac ſi no
bis oculos eruere, mētem eripere
vellet. Necq; ex eo quod de elephã
tinis oſsib. apud Bruxellanos re-
pertis ꝓfert, cõſequitur, Antuer-
piana illa oſſa elephãtis eſſe, quē-
admodum ipſe putat. Non enim
eadem ſunt hominis & beluæ
oſſa

ossa, vt discerni inter se minime possint. Eat nunc noster hic γιγαντόμαχος. victumq́ se in hoc certamine, non quidem à Gigante, sed vel ab homūcione nouerit

Mirabile Gigantis corpus in Sicilia repertum. Cap. X.

De Genealo. Deorum lib. 4 cap. 68.

HIstoriam memoratu dignam scripsit Bocatius, eius rei nimirum, cuius ætate sua plurimi testes fuerunt. In Sicilia, inquit, quum fortè rustici quidam ad iacienda pastoralis domus fundamenta in radicibus montis oppido Drepano imminentis non ꝓcul ab oppido foderent, specus quidam apparuit: in quem quum quid intus esset, visuri ipsi introissent: speluncæ altitudinem suspicientes, sedentem ecce in imo hominem vastæ magnitudinis con-

ſpexere. Ex quo perterrefacti, repentè ex antro egredientes ſe in fugã coniecerunt. Nec priùs moram fecerunt, quàm Drepanum perueniſſent, occurrentibus quid viderant nuntiantes. Mirabundi ciues confeſtim ſe ad viſendam rem tantam parãt. Facibus igitur accenſis, armisq́ ſumptis non ſecus ac in hoſtẽ procedentes, omnes ex oppido quũ exiſſent, plus trecenti in ſpecum ingreſsi ſunt. Ibi quum conſtitiſſent attoniti, tandem qui propius acceſſerant, viuum non eſſe hominem vidẽt. Sedentem verò ſiniſtra manu fuſti innixum contuentur. Fuſtis autem tanta altitudine atque craſsitudine viſus eſt, vt quantumlibet grandis nauis malum excederet. Hanc vnus ex illis quum porrecta manu tetigiſſet, ſoluta illico

tota in puluerem concidit: præter quiddam plumbeum infuſum quod à terra ad manum vſq; porrectum molem brachij ſuſtinens integrum permanſit: Cuius mille & quingentarum librarum pondus inuentum eſt. Demum ſedentis illius hominis tacta ſuperficies, quæ nondum vlla ex parte corroſa aut imminuta fuerat, mox cum toto decidit, totúmque ferè in cinerem verſum viſum eſt. Quem quum nonnulli manibus contrectarent, reperti ſunt tres dẽtes magnitudine incredibili, pondere vnciarum centum: quos filo ferreo appenſos ad memoriam ſempiternam comperti Gigantis in templo ſuo Drepanenſes collocarunt. Anterior inſuper cranij pars aduc firmiſsima inuenta eſt, plurium frumenti modiorum capax

pax. Cruris deniq; os visum est, quod tametsi aliqua ex parte nimia vetustate consumptum esset: suis tamen inspectorib. hanc prębuit coniecturam, hominis altitudinem ducentorum fuisse cubitorum, vel amplius. hæc ille. Cuius si verba singula nō retulerim, me tamen rei summam complexum fuisse arbitror. Atq; hinc conijcere licet, fabulosa prorsus nō esse, quę tot scriptores, & poetę & historici de Cyclopib. Sicilię tradiderunt. Nam quòd in ea regione quidam extiterunt (vt constat) stupendæ molis homines, multis argumentum scribendi præbuit, Siciliam Cyclopum patriam fuisse. Vnde etiam manasse haud dubium est, quod de Ætna hunc in modum scripsit Ouidius:

Vidimus Aetnea cælum ſplende-
ſcere flamma,
Suppoſitus monti quam vomit ore
Gigas.

Iſtud etiã Solinus de Cilicia ſcribens retulit, Antrum in ea eſſe im mane virentibus introrſum lucis pendentibus: in cuius imo quum alter ſpecus ingens pateat, in quo ferunt Iouis eſſe fanum: in eius etiã intimo receſſu Typhonis Gigantis cubile poſitum ab accolis creditur.

De Gigantum reliquiis in Gallia repertis, etiam noſtra ætate. Cap. XI.

QVOD vulgatum ſatis, viſumq; à plurimis eſt, primũ commemorabo: Effigiem ſcilicet Gigantis cuiuſdam apud Delphinates tanta longitudine porrectam, vt quindecim cubitos con-

tinens,

tinens, cranij crassitudinem habeat duorum cubitorum, humerorum latitudine cubitorum ferè quatuor. Hanc ego aspexi figuram bellicis illis tumultibus Galliam secundò afflictantibus, cùm turbulentissimæ illius tempestatis repentino turbine ac flammis conflagrata Valentię impura illa idolorum tecta concidissent: cunctáque monachorum latibula excisa & euersa omnibus paterent. Tum enim in magnas Dominicanorum (quos vocant) ædium ruinas ingressus, illam adhuc integram in pariete spectare licuit. Locus antea in imis ædibus porticus erat, vbi boni illi fraterculi securè ludentes sub tecto desides atque otiosi, aliorum procellas intuebantur. Tantæ dimensionis ossa (ne quis figuram istam pro

animi arbitrio effictam putet) reperta olim fuisse constat, eorúmque magnitudinem ita delineatã, vt posteris rei memoria commẽdaretur. Cui suffragatur, quod Ioan. Marius in ijs libris quos de Galliarum illustrationibus inscripsit, hũc in modum tradidit: Repertum scilicet fuisse trãs Rhodanum Gigantis cuiusdam sepulchrum, cuius ossa ex suprà dicta illa effigie duorum & viginti pedũ altitudinem habuisse liquet. Qua de re apud Ludouicum regis Caroli eius nominis septimi filium, ea tempestate Valentiæ commorantem, testatum esse idem affirmat, aliquotq; ex ijs osibus in Biturigẽsi sacello asseruari. Huc spectat quod Calamæus in suis de Biturigibus Commentarijs scriptum reliquit. Describens enim anti-

antiquam illam & celeberrimam Biturigum metropolim, augustũ quoddam regiúmque sacellum in ea esse ait, in cuius porticu quum ex vna parte ducis (cuius auspicijs illud extructum est) regumq́ ac reginarum parentum suorum atque progenitorum eleganti admodum specie simulachra spectentur: ex altera rari cuiusdam animalis effigies, & grandia quędam ossa intúeri licet: mirandi nimirum illius Gigantis Briati nomine, qui dum viueret, quindecim cubitorum altitudinem habuit. Cuius sepulchrum in Crussoliæ Baroniæ (quam vocant) agro repertum est, ad riuulũ quendam prope Samperæum oppidulum, qua parte Valẽtiam spectat, anno M. CCCCLVI. regnante Carolo septimo, à quo Ludoui-

cus filius tum dissidens Delphi-natum tenebat. hoc se ideò anno-tasse subiicit Calamæus, vt vulgi errorem tollat, quod Gigantem putat apud Bituriges repertum fuisse, ac proinde eum Biturigensem Gigantem appellat, quod planè commentitium est. De hoc etiam testatur Fulgosius inquiens, Regnante Carolo septimo Gallorum rege, in montana Narbonensis Galliæ parte, iuxta Valentiam vrbē, Rhodanus sepulchrū detexit, cuius magnitudo permultos ad eam rem visendam pertraxit. Aperto enim tumulo inuenta in eo sunt hominis ossa, cuius dimensio triginta pedes impleuit. Nos quoque cùm eò iter faceremus, sepulchrum vidimus, & ossium aliquam partem, quæ ab accolis tāquam res mira asseruatur.

Lib. 1. cap. 6.

hæc

æc ille. Porrò enarrãdum nobis
hic est, quod à multis studiosè spe
ctatum, cum superioribus admi-
ratione æquari potest. Ante secũ-
dos Gallicos illos tumultus quo-
rum superius memini, quum for-
tè in agro Baroniæ antea, nũc co-
mitatus Crussolij, de permutãda
domo cum agro ageretur inter
duos agricolas, agerq́ꝫ æstimare-
tur ab arbitris, visa sunt in decliui
ossa quędam, quæ temporis pro-
gressu pluuialis aqua ex alto de-
currens terra summota denuda-
uerat. Hæc quum rustici curiose
effodissent, eorum magnitudi-
nem admirati, frusta quædam
inde in propinquum oppidulum
Soionum lingua vernacula voci-
tatum, deportarunt. Ibi tum Va-
lẽtię agens, illa ego vidi ossa prę-
grandia (cruris ne, an femoris, an

brachij essent, ignoro) ex quibus vnũ esse crassitudine triũ palmorum is cõperiet, qui ex superficie ipsum metietur. Miræ magnitudinis dentem multi ibidem conspeximus, longitudine vnius pedis, pondere librarum octo. Multò autem oblõgior, quàm crassus visus est: radicesq; aliquot habere, quib. gingiuę inhęrebat. Visa est insuper ea pars, qua cibus terebatur, aliquantulum concaua, latitudine digitorum quatuor. Hic veluti pro miraculo ad illustrem quendam magni nominis virum allatus est. Alius haud dissimilis, in ꝓpinquo castello cui Charmes nomen est, asseruatur. Longitudinem loci vnde hæc ossa eruta fuere, passuum nouem pedibus ipse mensus sum. Regio montosa est, in qua verisimile est, hosce Gigã-
tes

æs olim imperiũ tenuiſſe. Enim-
uero alia quædam non procul oſ
ſa pręgrandia aliquo tẽpore pòſt
inuẽta ſunt, prioribus non mino-
ra. Nec dubiũ, quin plura inueni-
ri poſſent, ſi in effodiẽdo ampliùs
laboraretur. Vtinã accuratius oſ-
ſa illa effoſſa, & quæ deſunt, inuẽ-
ta fuiſſent. Præclarum enim peni-
túſq; mirandũ fuiſſet ſpectaculũ,
ſi eo modo quo corpora humata
fuerant, oſſa ſuſtuliſſent. At eueni
re iſtud non potuit: quandoquidẽ
maxima pars oſsium nimia vetu-
ſtate conſumpta ſunt. Quæ du-
riora erant, cuiuſmodi ſunt den-
tes aliquot, hactenus remanſe-
runt. Quando autem oſſa inte-
gra inuenire non contigit, age
nunc, experiamur, num ἐκ τῆς ἀνα-
λογίας habita cuiuſdam partis ra-
tione totius magnitudo percipi

poſsit. Tricenos binos dentes viris eſſe tradit Plinius. Quem numerum ſi quis Gigãtibus tribuit, ea magnitudine ſeruata, quæ in ipſorum dentibus perſpicitur : is certè comperiet, illius caput cuius tam magni extiterunt dentes, craſſitudine fuiſſe trium cubitorum & amplius : totum verò corpus cubitorum viginti longitudinem ſuperaſſe. Verùm quia duo tantũ dentes reperti ſunt, atq; ex eo apparet reliquos vetuſtate conſumptos minores fortè fuiſſe: nõnihil fortaſſe ex tanta magnitudine detrahendum eſſet. Etiam ante multos annos, in eo monte qui Tenno oppidulo imminet, Turnoni Rhodano interfluente oppoſito, oſſa nonnulla reperta fuere, quæ quum Gigantei generis reliquias eſſe proderent, magnam cernentibus

bus admirationem mouerunt. Sed quoniam de Gigantum dentibus quædam commemorata sunt, subijciemus etiam Augustini super hac re testimonium. Is se cum aliquot alijs in Vticēsi littore molarem hominis dētem vidisse meminit, tantæ magnitudinis, vt conscissus ac dissectus ætatis suæ hominum centum dentes efficere posset. Non referam, quod Viues vir alioqui ingenio præstanti magnáq; eruditione, superstitione tamen imbutus, in hunc Augustini locum protulit: Sibi cùm religionis ergo D. Christophorum salutatum isset, ostēsum fuisse molarem dentē pugno maiorem, quem diui illius esse dicerent. Enimuero quum commentitia illa omnia sint, quæ de illo narrari solēt, quippe qui nunquā

De ciuit. Dei li. 15. cap. 9.

extiterit: nemo non videt, quàm modica fides huic narrationi tribuenda sit. Si verum dentem illũ esse constat, non alius, quàm vetusti cuiusdam Gigantis esse credibile est. Nec solùm in terris, sed etiam in sublimi aeris regione Gigantes, certè Gigantũ simulachra visa quondam fuisse perhibent. Sub Tito nanque multas Gigantum imagines in aere, in monte Veseuuo, in Cãpania, regionéq; finitima, interdiu noctúq; magno ac stupendo prodigio apparuisse author est Dion. Nã sequuta est siccitas maxima, adeo vt tota ea planities feruida esset. Sequuti etiam sunt graues terræ motus: auditi sonitus subterranei, tãquam tonitrua. Tum mare fremere, cælũ resonare. Magna deinde ignis & fumi copia omnẽ aerem soléq; obscu-

bſcurauit. Conſpectæ in fumo ultæ Gigantum formæ, clan- oréq; tubarum auditus. Tam for idabili rerum aſpectu mundi e- itium eſſe rati, properare alij ex ędibus in vias, alij de vijs in ędes onfugere, atq; è mari in continē- em, & ex continenti in mare ſe ecipere. Quúmque & mare, & erra & aer cineribus compleren ur, factum eſt, vt volucres, piſces ecudes, hominéſque innumeri interierint. Nam & duæ vrbes populo ſedente in theatro penitus obrutæ ſunt.

Unde eſt, quòd Gigantes deſierint. Ubi etiam de puſillis hominibus obiter agitur. Cap. XII.

IAM verò neminem iſtud moueat, quod vel à multis ſeculis Gigantes deſierint, quantos

primis illis temporibus fuiſſe accepimus. Etenim quum vanitati res creatæ ſubiectæ ſint, eas proculdubio in dies infirmari, minui & decreſcere neceſſe eſt. Senuiſſe iam mundum, eiuſq; vires in ſingulos annos deficere, atq; in deterius quæ ſub cælo poſita ſunt, prolabi, plus duobus annorum millib. antè literis proditum eſt. Hoc mũdus ipſe loquitur, ait Cyprianus, & occaſum interitúmq; ſui multis iam rebus dilapſis oſtẽdit. Minuitur equidem, quicquid fini proximum eſt, vergitq; in extrema: non ſecus atq; ſol, quem minus igneos minúſque ſplendidos cùm occidit, iacere radios conſpicimus. Hinc eſt, quòd quum olim octingentorum & nongentorum vita hominum longinqua excederet, vix nunc poſsit cẽteſimum annum

annum attingere. Nec quiſquam obijciat priſcorum annos noſtris breuiores fuiſſe, vt annorum breuitatẽ tãtam pluralitatẽ effectam velit. Quum enim Moſes de ſole & luna in Geneſi loquens diſerte exprimat, ea in hunc finem à Deo creata fuiſſe, vt dies & tẽpora & annos ſignent atq; diſtinguant: perſpicuũ fit, non aliam apud veteres illos annorũ rationẽ fuiſſe, quàm apud nos. Qua in ſententia etiã Auguſtinus eſt li. de ciu. Dei xv. ca. XIV. Quod igitur humanæ ætati accidiſſe videmus, idem planè de ſtatura ſentiendum eſt. Cuius rei indiciũ ꝓferre licet ex Cæſaris Cõmentarijs, vbi Romanos ait, ob ſtaturæ breuitatem à Gallis deriſos fuiſſe. Et Gothos ob inſignẽ corporum magnitudinem admiratum Iuſtinianũ Imp.

testatur Procopius. Ex quibus facilè intelligi potest, quũ istiusmodi staturæ inæqualitas vix vsquã hodie in tota Europa appareat: ingentẽ illam corporũ molẽ quæ in quibusdam gentib. eminebat, paulatim temporis decursu imminutam fuisse. Nec dubiũ, quin hominum corpora vbiq; multò breuiora sint nostris hisce temporib. quàm quondã fuerint. Quod nõ
lib.7. nat. hist. c.16. modò Plinius apertè confirmat: verumetiã Homerum suo carmine interdum conquestum cõmemorat, minora ætatis suæ corpora, quam priscorũ videri. Qua de
lib.4. c.5 re etiam apud Esdram scriptum istud legimus, Ideo breuioris staturæ hodie, quàm olim nasci homines, quòd iam creaturæ consenuerint, iuuẽtutisq; vires excesserint: non secus ac mulier, quę quũ

in

in ætate florẽti validos partus e-
diderit, inſtante poſtea ſenectute
non niſi debiles atq; infirmos pa-
rit. Quod autẽ vniuerſo hominũ
generi accidiſſe apparet, id Gigã-
tibus eueniſſe haud dubium eſt.
In quorũ procreatione quum ali-
quandiu natura luſiſſe quodãmo
do videatur, iuſtã in eis hominum
menſuram longè exuperãs: poſt-
ea quaſi tam immaniũ corporum
pertæſa ferẽdis huiuſcemodi mõ-
ſtris abſtinuiſſe. Qua in re conſpi
cuam nobis eſſs voluit Dominus
rerum omniũ opifex, admirandã
illã & πολυποίκιλον σοφίαν, qua cuncta
non minus variè, quàm aptè, con-
gruenter & ornatè regit ac mo-
deratur. In tanta rerũ varietate &
ornatu quanta in eo virtus, quãta
rerum agendarũ facultas inſit, pa-
làm oſtenditur. Qua de cauſa pu-

ſillos quoq; homines, qui puſiones & nani vocãtur, interdũ naſci voluit. De Pygmæis non loquor: de quibus etiã quid verè affirmaret Auguſtinus, non habuit. Nec mirum: quandoquidẽ fabuloſa illa omnia ſunt, quæ de illis vel poetæ, vel alij ſcriptores tradiderũt. Puſillos autẽ homines & puſiones aliquando extare, noſtriſq; tẽporibus interdũ videri, nemo inficiabitur. Nam & M. Antonius Siſyphum pumilionem habuiſſe fertur intra bipedalem ſtaturam, ingenio tamen viuacẽ. Sub Theodoſio etiam (ſi Nicephoro credimus) viſum fuiſſe quendam in Ægypto relatum eſt, infra incredibilem ſtaturæ breuitatẽ conſiſtentem, adeo vt perdice maior nõ videretur. Cui nihilominus (quod mirabile dictu eſt) prudentia inerat,

li. 12. Eccleſ. hiſt. cap. 37.

erat,

erat, vox etiã à musis non abhorrens, sermo deniq; generosę mentis specimen prębens. Vixisse fert̃ annos circiter viginti. Memini quoq;, cùm puer essẽ, vidisse Lugduni pusiones duos breuissimæ staturæ, quæ cubitalẽ nõ superaret. Quorum alter barbã habens valde promissam atq; subrufam, forma satis eleganti conspiciebat̃. Togatus iste erat, galerũ habens eiusmodi, quo pontificius Clerus (quẽ vocant) vti cõsueuit. Ac ne quid ad ornatum deesset, appositum humeris erat doctoratus insigne, quod vulgò cornetam dicimus. Alter eo erat habitu, qui nobilibus nostris proprius peculiarisq; esse solet. Hos ita quũ per ridiculum atq; animi causa induissent, quidam in vlnis suis nõ secus atq; infantes gestabant. Plura de

homuncionibus & nanis exēpla referri poſſent, niſi res ipſa ſatis vulgata cuiq; pateret.

Vt autē abſoluamus, veriſimile eſt, voluiſſe Deū quoſdam interdum ingenti admodum corporis magnitudine extare, vt vel illud nobis (quemadmodū docet Auguſtinus) indicio ſit, nec ſtaturæ proceritatē, nec vllas corporis vires plurimum illi placere, quibus quidē impij pleruncq; pollēt. Corpore fortis eſt taurus, fortior leo: Elephātus autem omnium terreſtrium maximū eſt animal. Quæ igitur hominū præſtantia, ſi brutis animātib. corporis viribus pares ſunt? Sæpius Gigantes ſe Dei populo formidabiles prębuerūt. At Deus penes quem virtus omnis eſt ac fortitudo, tam immaniū ſtupēdorumq; hoſtium conatus

omnes

mnes contriuit, ipſosq́ꝫ aut fudit, ut penitus confecit. Quæ quum ta ſint, nō eſt quod vires atqꝫ impetus Gigantū huius ſeculi pertineſcāt filij Dei: eorū inquam, qui i non corporis mole, animo tamē, auſisq́ꝫ nefandis, immani perfidia ac crudelitate ſæuiſsimi Gigantes, fœdiſsimiq́ꝫ Cyclopes cenſeri poſſunt. Tametſi enim humano robore iſtis longè inferiores ſint: inuicta tamen omnipotentis Dei fortitudine fulti, firmiſsimóque illius ſtipati pręſidio, beatam adepti victoriam beluas iſtas tandem humi deiectas ac proſtratas, meritáſque luentes pænas læti deſpicient.

FINIS.

N°. 464
vente Van Bellingen